

72. putantur Prelaro, quia eos debet animare, & vivificare in bono.

Quintò, D. Bernadin, Multi in initio ferventes sunt, sed processu temporis tepescunt, unde propter istum corporem, dicitur ei, Dimisit charitatem tuam, quia in gratia accepta vixerat minus severe. Conrigit in hoc Episcopus, quod frequenter accidit, cum hæc sit infirmitas humana, ut qui magno spiritu ceperunt servire Deo, sensum de eius conventionem remittant, ac languescunt. Hæc est enim demonia astuta, ut eos, qui in alto virtutis cacumine sunt constituti, non statim ad turpissima vitia impellat: sed paulatim à sua altitudine machinetur deicere; ut ex virtute veniat ad quandam animi recreatione, inde ad quendam animi recreatione mideinde ad quendam animi recreatione...

Match. 4.

73.

Daniel. 2.

Richard.

74.

Mons mag-

QUESTIO IX.

Quare huic Episcopo Ephesino, non dicitur, ut aliis. Habeo ad versus te pauca?

Quamquam aliqua Græca exemplaria sic legant: Habeo adversus te pauca, quod charitatem primam reliquisti. Tamen in nostrâ vulgata corrupta, ac emendata, non habetur illud pauca: sed solum, habeo adversus te, quod charitas em primam reliquisti. Cur non ponitur illud pauca sicut dicitur aliquibus aliis Episcopis? Angelus Pergami scribitur: Habeo adversus te pauca: quia habes illic tenentes aethyram Balaem, &c. hæc cap. 2. n. 14. & Angelo Thyatira: Habeo adversus te pauca, quia permittis mulierem in te, &c. n. 20. cure referens Christus aliorum crimina, dicit pauca, habeo adversus te pauca, adversus autem Angelum Ephesinum non dicit pauca, sed solum habeo adversus te. Cur non ponitur pauca?

Solutionem colligo ex Andrea Casariensi superioris quaest. dato: Reprehendi huic Episcopum, ait: quod primam dilectionem, solutamque erga egenos beneficentiam remissum; quam par erat, exoneret, id vitio vertit. Defectus hujus Episcopi erat in charitate, in qua fundatur omnes virtutes: culpaque illi objiciebatur, quod à solita beneficentia in pauperes recederet: dico adversus illum, non ait Jesus, quod habet pauca, pro nostro magno documento, quod adversus eum, qui claudunt viscera sua pauperibus, ne eis suas elemosynas faciat, non pauca, sed multa, & gratia habet deus Mandabatur enim: 16 n. 17. quod homo non apparebit ante Dominum vacuus, Quod ponderans D. Chryostomus, hom. 2. in Epist. 2. ad Timotheum. ait: Idcirco pauperes ante fores adstant, ut nemo vacuus ingrediatur: cuius misericordia committit, securus introeat. Ne tamen, quod misericordiam dei coram Domino ingrediatur, securus intrat: sine illa cum tanto discrimine, ut horrenda, & rigida accipiat.

Cum Deus vellet liberare Israëlitas captivos à Persarum jago, Angelus Persarum custos pro suis alumnis validè contendeat dicitur enim Daniel. 10. num. 12. Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cortinum ad intercedendum, ut te assurgeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit tibi viginti, & uno diebus. Hic Princeps Persarum, erat eorum bonus Angelus custos, ut tenent Theodoretus ibi, D. Gregor. 17. Moral. cap. 8. D. Thom. 1. p. q. 1. 3. art. & communiter Doctores: ex quo grandis quaestio iurgit, quam alibi ad alium scriptum tractavi. Cum hoc Angelus sic pro suis Persanis decertabat, ut sub eorum jure Israëlitæ tenerentur: non sic legitur de Angelo Ægyptiorum, cum ab eorum potestate Israëlitæ essent eximendi, ne fide est, quod Ægyptii suos habebant Angelos patronos: nullus tamen Angelus pro suis alumnis Ægyptiis decertat, nec eorum plagas avertit: sed

Dan. I.

Exod. 5.

Benigni in pauperes, benignum habent iudicium, duri vero duri, & horribile.

D. Athan.

76.

Andr. Cas.

Deus multi habet adversus ne gantes elemosynas pauperibus.

78.

Marth. 25.

D. August.

Pro negata esca horrendum supplicium.

D. Chryst.

77.

Daniel. 10.

Theodor. D. Greg. D. Thom.

sed omnes sub maris undis submergantur. Cur ergo contra Israëlem habent Persæ patronum Angelum, ut verò Ægypti destituit ab omni patrono miserimè pereunt; Persæ tunc tenent Israëlitas, ut peregrinos, ac advenas à suis bonis spoliatos, multa tamen benignitate, ac pietate, ita ut starent in conspectu regis, & eis de regali mensa per singulos dies annonæ provideretur. Daniel. 1. 5. At verò Ægypti receperunt Israëlitas famelicentes, tanquam peregrinos, & advenas, quo multa tyrannide, ac acerbitate persequerentur, ita ut Ægypti nec eis paleas darent. Exod. 3. n. 7. & 10. Inde ergo Persæ, qui advenas & peregrinos ab omnibus destitutos, benignè excipiunt, & tenent, benignum patrocinium Angelorum erga se experiunt. At Ægypti duri, & valde acerbis in famelicentes ac pauperimos hospites, durum, ac horribile subeunt iudicium divinum, ut durissimis plagis, & numquam similiter in orbe auditis premantur: ac tandem ab omnibus bonis expoliati, ac miserimè in medio aquarum suffocati, tanquam plumbum, ad ima maris descendunt. D. Athanas, in Synopsi lib. 2. ait: Pro morte verò Ægyptiorum in mari rubro, fuit ira Dei absque misericordia, & iter populi insolens, quod propter inhumanitatem erga advenas, mala ista passi sunt Ægypti.

In extremo iudicio impios condemnabit Christus dicens Discedite a me maledicti in ignem æternum. Marth. 25. n. 41. D. Augustinus: Hujus autem tanti supplicii, ait, quæris causam? Esurivi, inquit, & non dedistis mihi manducare? Ecce pro esca temporalis, non ablata, sed non data, æternam & horrendum supplicium comminatur. Multa alia crimina, homicidia, furta, sacrilegia habebant damnati nullum aliud crimen eis objicitur ad comminationem horribili supplicii, nisi durities in pauperes, ac eis negata elemosyna: Eternum, & horrendum supplicium comminatur, ac si hoc crimen maximè dignam iram sollicitet.

Apoc. 2. n. 5. Memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam; & prima opera fac: sin autem venio tibi, & movebo Candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

Num. 6. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

VERSIONES

S. Victor. n. 5. Memento itaque. Arabic. Recordare, quo ex loco excideris, teque pœniteat; & exerce opera priora, nempe charitatem; alioquin veniam ad te confestim, & amovebo de loco suo

Candelabrum tuum, nisi te pœniteat.

S. Cyprianus. Propria opera fac, si quominus veniam

Arias. Sin autem venio tibi cito.

Prim. Pagn. Sin autem veniam tibi cito.

Syrus. Sin minùs moveo Candelabrum tuum.

Oecum Movebo, nisi resipueris.

Vatabl. Nisi resipueritis.

Pagnin. 6. Sed hoc habes, quia odio habes facta Nicolaitarum, quæ & ego odio habeo.

Arabicus. Bene quidem fecisti, illud possidendo, quod odisti facta procacia Nicolaitarum.

Primaf. Sed hoc habes bonum S. Epiphani.

Tertullian. advers. Hoc tenes, odisti Hæreticos cap. 46, doctrinam Nicolaitarum, quam & ego odi.

EXPOSITIO VI.

MEMOR esto itaque. Tria hic proponuntur necessaria ad perfectam cognitionem peccati. Memor esto, unde excideris: peccati retractatio. Age pœnitentiam: Bonæ vitæ instauratio. Prima opera fac scilicet charitas. dicitur ergo huic Episcopo: Memor esto itaque unde excideris. In memoriam revoca tuum pristinum statum, & à quanto culmine charitatis descendisti: & age pœnitentiam exhibe dignos fructus pœnitentia: in remediis factiosis: Et prima opera fac: fortiter insiste, ut anrea, in verbo Dei prædicando: ac in subveniendis pauperibus, ut anrea faciebas; & generosè quoscumque labores pro nomine meo patienter sustine.

Sin autem venio tibi. Alii Codices habent, cito confestim, ad sui punitionem. ut utitur verbo præsentis ad certitudinem, ac infallibilitatem punitionis demonstrandam, quasi jam fiat contra hunc episcopum, quod mox futurum est. Et movebo Candelabrum tuum de loco suo. Difficilis locus, & variè exponitur. Tunc Candelabrum movebitur de loco suo: quando de primo loco, in quo erat, ponitur in secundo, tertio, vel ultimo. Sensus ergo est: Te, tuamque ecclesiam ephesinam quæ inter ecclesias Asiæ est primas, ac Metropolis, ut dixi quaest. 1. ob tua tamè demerita amovebo à suo loco, à sua dignitate, ac primatu. Sicut & Magister optimum scholasticum constituit in primo loco: si tamen à sua diligentia cadit, admovet ad tertium, & quartum: sic & faciam cum tua ecclesia, nisi & tu pœnitentiam egeris.

Odisti facta Nicolaitarum, quorum hæresis erat, licere fornicari, & promiscuè abuti fornicariis; etiam conjugatis: Dicti sunt autem Nicolaitarum. L. 4

79.

80.

Quid sit moveri Candelabrum.

81.

A.ctr. 6. D. Irenaeus Tertull. Hilar. Hier. Epiph. Baron. D. August.

Nicolaitae ab eius Sectae auctore Nicclao, que aliqui voluit fuisse unum ex septem Diaconis institutis ab Apostolis. Acto. 6. n. 5. Et praedicto Nicolao hanc haeresim affingunt Irenaeus, Tertullianus, Hilar. Hieron. Epiphanius, Philatrius, & alii, quos citat Baron. ann. Christi 68. Nicolaum tamen excusant Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. D. August. haeres. 5. qui a multis eius Gnosticis, Nicolai dicta sinistre exponentibus, & false nomen eius Sectae praetextentibus, adscribunt.

QUESTIO X.

Quare huic Episcopo Ephesino maxime recommendatur, ut de sua celsitudine a qua exciderat, recordetur?

82. Anbertus. Respondet primò Ansbertus: Redeat ad mentem, ait, celsitudo dignitatis tuae, quando mihi dilectione conjunctas, sanctitatis decore fulgebas, virtutumque prole fecundabaris. At quia rejecto amoris mei foedere, subintroductum huius saeculi amorem, tanquam adulterinum suscepisti, decorem sanctitatis, prolemque virtutum amittens, germina vitiorum, quasi vile mancipium parere cepisti. Maxime homo memoria repetat, quae per peccatum amittuntur, nempe gratia Dei, ac illius amicitia, filiorum adoptio, ac haereditas ad aeternam beatitudinem, cum decore omnium virtutum: & ideo huic Episcopo inscribitur, Haec dicit, qui habes septem stellas in dextera sua. Consideret ipse, quod erat stella, & prima stella fulgentissima in dextera Dei, a quo tanto culmine ipse exciderat.

Memoria antiquae dignitatis motet animum.

83. Nam memoria deperditi boni, vehementer acuit illius desiderium, & generat fastidium, & dolorem praesentis mali. Dicebat Job. 29. n. 2. Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos? tantis malis circumdatus, oculos cum ingenti dolore, ac desiderio conjicit in pristina sua bona: tunc magnopere exoptabat, quae Iobi lamentatio optime in servitio potest cuilibet peccatori, ut respiscat. D. Ambros. lib. 2. de poenit. cap. 11. Nihil est, ait, quod tam summo dolori sit, quam si unusquisque postius sub capiti vitate peccati, recordetur, unde lapsus sit, atque unde deciderit; & quod ad corporalia, atque terrena, ab illa speciosa, & pulchra Divina cognitionis intentione deflexerit.

84. Secundò, D. Palschal. lib. 2. in Matth. Omnis, ait, qui manes in morte, nescit quo eat, quia tenebra obcaecarunt oculos ejus. Cur dicitur huic Episcopo, quod memor sit; unde exciderit: nonne ipse lapsum suum videre poterat, & a quanto culmine ceciderit, & in quantam miseriam praecipit rueret; Cur ergo ei consulitur, ut oculos conjiciat ad celsitudinem, a qua lapsus est, & in quam miseriam pergit? Sic peccatum caecitatem, ac tenebras in mentem infundit, ut homo non valeat suum deploratum statum videre. D. Ambros. lib. de fuga saeculi, cap. 5. explicans illa verba Regii Vatis Pl. 39. num. 13: Cōprehenderunt me iniquitates, & non potui, ut viderem: Sic ait Sanctus Doctor, Fumo iniquitatis, oculus anima caecatur ne videat,

Peccatum, ut tenebra, mentem excacat. D. Ambros. Plalm. 39.

qua sunt lucida; sic Laban bona Jacob videre non potuit, & princeps huius mundi gloriam Christifumus iniquitas est, quia sicut fumus oculis, sic iniquitas mentibus caecatur.

Ait Christus D. Ioan. 3. n. 19. Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Interlineal. Dilexerunt homines magis peccata. Nam idem est peccatum, ac tenebrae, & caecitas. Sic de peccantibus, ac iniquis filiis Heli dicitur 1. Reg. 2. n. 12. Parricidii Heli, filii Belial. Leo à Caitro in sua Apoolg. lib. 6. cap. 243. ex radice Hebraica legit, filii sine luce, seu iuxta aliam lectionem: Filii tenebrosi? quod maxime convenit peccatoribus, quibus, tanquam tenebrosis, opponit Christus D. Filios lucis Luc. 16. n. 8 hoc est, justos; de quibus Paul. 1. Thes. 5. n. 5. Omnes vos, ait, filii lucis estis, & diei; non sumus noctis, neque tenebrarum. Quod competit Diabolo, qui à D. Paulo Ephel. 6. num. 12. vocatur, Rex tenebrarum harum. Unde à D. Gregor. Nazianz. oration. 38. dicitur: Propter splendorem Lucifer, propter superbiam caligo. Et à D. Bernard. serm. de sancto B. nedicto: Non tam Lucifer, sed tenebrifer. Et de gradibus humilitatis, in primo superbia gradu: O Lucifer, inquit, imo non jam Lucifer, sed noctifer, aut etiam mortifer.

QUESTIO XI.

Quare adjungitur in dictis Episcopo Ephesino, ut poenitentiam agat?

Dicitur ei: Memor esto, unde excideris, & age poenitentiam. Postquam ei dictum est, ut recordetur de fastigio, a quo cecidit: statim exhortatur: Age poenitentiam, Lytan. Memor esto, ait, a quanto gradu charitatis excideris, & de omissione tanti boni age poenitentiam. Fervorem, ac ardorem primae charitatis deseruit Episcopus, cum cessaverit, vel a praedicatione verbi Dei, vel ab elemosyna solita pauperibus distribuenda; ideo ei intimatur, ut dignos poenitentiae fructus faciendo, suum ardorem, ac zelum recuperet, aliter Dominus ei minatur: Movebo Candelabrum tuum de loco suo.

Secundò Albert. Magn. Dicit, Age, non tantum propone, non tantum suscipe; nos tantum promitte; sed age. Quia Matth. 4. dicitur: Agite fructus dignos poenitentiae. Non dicit, fac propositum poenitentiae: promitte emendationem; pollicere contritionem; sed aperte ait: poenitentiam age; quia respicientia a peccatis, ac poenitentia, non tantum proponenda, ac in intentione habenda, sed in effectu agenda, ac opere implenda.

Tertiò, Victor. Antioch. in cap. 14. Marci, ad illa verba. Gallus ter cantavit: Porra, ait, per sanctorum lapsus, quos divina scriptura ob oculos ponunt, admonemur, ut forte quid simile passi, seduli poenitentia illorum imitatores simus: siquidem clemens Deus unicuique salutis remedium post casum, poenitentiam nobis reliquit, omnibusque peccatoribus clementer proposuit, Hic Episcopus Ephesinus, vel erat S. Timotheus

QUESTIO XII.

Quare Episcopus Ephesinus, ac alii Angeli vocantur, cum eis commendetur poenitentia, quae peccatum supponit?

IN praesenti cap. 2. num. 1. ait Christus ad Ioan. Angelo Ephesi Ecclesia scribe. Et statim hoc num. 5. ipsi Episcopo dicitur: Age poenitentiam, sin autem venio tibi, & movebo Candelabrum tuum. Iterum Magister ad discipulum ait num. 12. Angelo Pergami scribe; & vox de poenitentia ineunda insonat n. 16. Similiter poenitentiam age. Iterum divinus iudex urget cap. 3. num. 1. Et Angelo Sardis scribe: & dolorem peccati imperat num. 3. Scilicet poenitentiam age. Et tandem ait Christus n. 14. Et Angelo Laodicia scribe, &c. Et quid Angelo sit praescribendum, exprimit num. 19. Amula ergo, & poenitentiam age. Poenitentia supponit peccatum, ut est planum: si ergo in eis est peccatum, quomodo Episcopi Angeli vocantur, ac tanto nomine nobilitantur?

Antequam ad quaestionem respondeam, subijcio praecleara Tertulliani verba lib. de poenit. cap. 8. Evolve quae Spiritus dicat Ecclesis Deseriam dilectionem Ephesis imputa: stultum idolohytorum esum Thyatirenis exprobat: Sardos non plenorum operum inouat: Pergameno docentes perversa reprehendit: Laodiceos fidentes divitiis objurgat; & tamen omnes ad poenitentiam commonet, sub comminationibus quidem. Non comminaretur autem non poenitenti, si non ignosceret poenitenti, Quod uni Praesuli dicitur, omnibus dicitur: vocat Dominus ad poenitentiam, etiam minis impositis, ut sciremus, eum poenitentia delectari, poenitent que ignoscere.

Ad quaestionem respondeo primo, quamvis Praefecti Asiatici haberent aliquos defectus pro quibus poenitentiam tenebantur solvere: adhuc honorifico Angelorum vocabulo decorantur: nam Praesules, etiam delictis infecti, honore afficiendi sunt, ideo quamvis aliquod crimen in eos esset inventum, specioso Angelorum vocabulo nobilitantur.

Secundò, Episcopis Asiaticis maxime à Deo poenitentia commendatur, Poenitentiam age; & iterum, amulare ergo, & age poenitentiam; quam si praesent, nomen, decus, ac speciem sanctitatis aequae dignitatis Anglicae, non perdunt sui Antistites, sed retinent, Deo rite per eam propitiato: & hac de causa hos Praesules Christus Angelos vocat, utpote errorum poenitentes homines: Angelus est adhuc, qui poenitentiam de peccatis agit.

Ait Regius Vates Plalm. 31. n. 5. Delictum meum cognitum tibi feci, & injuriam meam non abscondi. Et statim sub it: Pro hac orabit ad te omnis sanctus. Merito tamen opponit D. Hieron. Si sanctus, quomodo orat pro iniquitate? Si iniquitatem habet, quomodo sanctus appellatur? Apertè responderet Sanctus Doctor lib. 2. contra Pelagian luxuriam illum videlicet moanum; sepius cadit

theus B. Pauli discipulus, vel S. Onesimus Martyrii laurea decoratus: cur ergo peccatum silentio non involvitur, cum Praelatorum peccata non sint evulganda. Illud tamen huius Ephesini commemoratur, ut ejus poenitentiam sequi debeamus

89. Quartò, Quare huic Ephesino statim objicit illi Deus suam frigidam, ac remissam charitatem; cur non immoratur, ut post multos dies, ac temporis decursus ipse in se redeat, ac ad poenitentiam deveniat? Merito tamen Christus huic Episcopo statim ut lapsus est, emendationem consulit: peccata, quaecumque sint, etiam modica, nequaquam consensescere debent: tenera enim facilius curantur: si enim in mente diu persistant, tanquam fixae, aut vituluae, immobilia redduntur, ut expelli nequeant. Magnus Bachar us Epistola ad Ianuarium: Aspice, ait, quod nusquam in sacrificiis pecora senio confecta jugulantur, sed ungue aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut haedus immolatur, id est, tenera adhuc, & parva, vel modica peccata. Haec animalia, utpote tenera, ac recentera nata, facillime jugulabantur: sic & peccata tenera, ac recentera nata, facillime amputantur.

90. Postquam primi parentes lapsi sunt in peccatum, ait textus Gen. 3. n. 8. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiam. Ex Graeco legitur ad vesperam. Pulchre D. Ambros. in Psalm. 89. Audierunt vocem Dei, ait, ambulantis ad vesperam in paradiso. Simul cognosce mysterium: manè errasti: vespere liberaberis. O quanta Dei pietas in hoc elucet! manè peccavit homo; cur non permisit Deus, illum in eo per octidie, ac diu ius immorari, nec una integra die peccato suo adherere; nam si peccatum in homine radices mitteret, valde difficilis esset regressus, medicinaque parata; quantum enim peccatum immoratur, tantò difficilè us expellitur. O quanta felicitas peccatoris, si sol non occidat super ejus peccata!

91. Ait Jeremias cap. 31. num. 2. Haec dicit Dominus: Inveni gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio: vadat ad requiem suam Israel. Quae verba sic transferunt Septuaginta: Sic dicit Dominus: Inveni calidum in deserto, cum his, qui perierant gladio. Ite, & nolite interstere Israel. Nota, quod ubi nostra Vulgata habet: Inveni gratiam, Septuaginta legunt: Inveni calidum inter interfectos. Quod verissimum est, & maxime consonat nostro instituto: qui enim in peccatis lethalibus nondum refraxit, nec in veteravit, sed quasi adhuc recens mortuus, & adhuc calidus in peccato suo, tunc cecidit, & tunc facile surgit: ad gratiam redit, & à morte liberatur.

87. Magna Dei pietas, quoniam peccatum non sentiat.

88. Peccatum, ut tenebra, mentem excacat.

Sanctorum lapsus proponitur, ut eorum poenitentiam imitemur.

92.

93.

Deus poenitentia delectatur.

94.

95.

96.

D. Hieron.